



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De probis Episcopis, ac Dei mandata seruantibus. cap. xxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A misericordiam impertire in animum inducis, eorum te misereat, quibus iniuriam infers. Et enim is demum pius habendus est, non qui multis misericordiam praestat, sed qui neminem iniuria afficit. Quocirca si misericordia munus obire in animo habes, de iustitia fructibus id facito.

Si pauperibus spargis, que tua sunt, sparge. Etenim aliena zizaniis acerbiora sunt. Agrum enim colis, quem metere non potes.

De mancipibus, & iis qui se in alienas lites injiciunt. CAP. XXIIII.

SI C V T qui apprehendit auribus canem: sic qui tunc impatiens, & Pro. 26. commiscetur rixæ alterius.

B **S**CONSILIUM improborum iniqua vult: delere humiles in sermonibus iniusti, & dissipare sermones pauperum in iudicio. Esa. 10.

Qui persequitur operis conductionem, incidet in iudicium. De negotio Eccl. 29. quod tibi necessarium non est, ne litiga. 11.

De probis Episcopis, ac Dei mandata seruantibus. CAP. XXV.

HOMO qui habuerit maculam, non offeret panis Deo suo, nec Leuit. 21. accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugeni scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Non accedet offerre hostias Domino, nec panem Deo suo. Vescetur tantum paribus qui sunt in sanctuario: ita duntaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare. Meretricem & pollutam non accipient: quia sancti sunt.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.

Psal. 131.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.

Pro. 27.

Pascite oves occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant: & Zach. 11. vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.

D Fili hominis, speculatorum dedi te domini Israël: & audies de ore meo verbū, Ezech. 3. & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auerterat se à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniuitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirā. Si autem annunciaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidē in iniuitate sua morietur, tu autē animā tuā liberalisti. Sed & si conuerfus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit in iuitatem, ponā offendiculū coram eo, ipse morietur: quia nouā annunciasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae eius quas fecit: sanguinē verò eius de manu tua requiram. Si autē tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuēs viuet, quia annunciasti ei, tu autem animam tuam liberaisti. Vinū non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Ex omnibus primitiis vestris erit sacerdotibus.

Qui sancte sancta custodierint, iustificabuntur: & qui ea didicerint, defensio- sap. 6. nem inuenient.

Noli querere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. In tota Ecl. 7. anima tua time Domini: & sacerdotes illius admirare. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. Time Dominum, & honora sacerdotem, & partem da illi, sicut mandauit tibi Dominus. Rectorem te posuerunt: Noli extollī: esto in illis tanquam unus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe: vt lateris propter illos, & ornamentum gratia accipias coronam.

324

O

D. IOANN. DAMASCENI

- Mat.16.* Cūm venisset Iesu in partes Samariæ Philippi, interrogabat discipulos suos, F dicens, &c.
- Io.vlt.* Dicit Iesu Petro: Simon Iona, diligis me plus his? &c.
- Luc.22.* Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Iesu autem dixit eis: Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem habet inter eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est inter vos, fiat ut iunior, & qui præcessor est, sicut minister. Nā quis maior est? qui recumbit, an qui ministrit? Nōne qui recubuit? Ego autem in medio vestrum sum tanquam qui ministrat.
- 12.* Beati serui illi, quos cū venerit dominus, inuenierit vigilates. Amē dico vobis, quod præcinctus es, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Dicit Dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus G super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cūm venerit dominus eius, inuenierit sic facientem. Verē dico vobis, quia super omnia bona sua constituet eum.
- Act.20.* Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi, quominus annunciarē omne consilium Dei vobis. Attende ergo vobisip̄s, & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus regere Ecclesiā Dei, quem acquisiuit sanguine suo. Ac nūc, fratres, commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est superadificare, & dare hereditatem in sanctificatis omnibus.
- 1.Theſſ.2.* Sic loquimur, non tanquam hominibus placetes, sed Deo, qui probat corda nostra. Non enim aliquando in sermone adulacionis fuimus, sicut scitis, neque in occasione avaritiae, Deus testis est, neque querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis: cūm possemus vobis oneri esse, tanquam Christi apostoli. Sed facti sumus in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos.
- 1.Tim.3.* Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalē, doctorem, non vinolentum, nō percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui benè præpositū, filios habētem subditos cū omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligētiā habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudiciū incidat diabolī. Oportet autem & illum testimonium habere bonū ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. Manus citò nemini imposueris, nec consentias peccatis alienis. Te ipsum castum custodi.
- Tit.1.* Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, tanquam Christi apostolū, & dispeſatorem, nō arrogantem, non iracundū, non vinolentū, non percussorē, non turpis lucri cupidū, sed hospitalē, probum, pudicum, iustum, sanctum, continentem.
- 3.* Nemo adolescentiam tuā contemnat. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedere, ad omne opus bonum paratos esse.
- 1.Pet.5.* Pascite qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.
- Basil.* Antistitis animos dignitas nō attollat: ne ab humilitate beatitudine excidat, aut etiam ipse in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. *Quid sit antistititē esse.* persuadeat, multorum curam gerere, nihil aliud esse, quam multis inferire. Quemadmodum igitur is, qui multis saucijs operam nauat, atq; singulorum vulnerum saniem eradicat, & cuique dolori consentaneum remedium adhibet, ex huiusmodi officio elationis & arrogantiæ ansam minimè arripit, sed humilitatis potius ac felicitatis: eodem modo, & quidem multo magis, is cui curandarum totius sodalitij infirmitatē cura mandata est, tanquam qui omnium minister sit, ac rationem pro omnibus reddendā habeat, ita animo constitutus esse ac trepidare debet. Hac enim ratione illud præstabilitur, quod Domin⁹ sibi proponebat, cū dicret, Si quis vult inter nos primus esse, erit omnium postremus, atque omnium minister.
- Mat.10.* Qui communem omnium curam suscepit, hoc animo esse debet: tanquam qui pro unoquoque eorum

A eorum, qui ipsius fidei commissi sunt, rationem redditurus sit:

Discere sine pudore, ac sine iniuria docere oportet: ac si quid ab alio didiceris, minime Epist. 1.
silentio disimulare (quemadmodum improba mulieres solent, que adulterinos factus pro
suis supponunt) sed candido animo verbi parentem praedicare.

Cum homini difficile sit parere, tum vero longe difficilius esse videtur scire homini- Nat. in
bus imperare: ac praeferunt in hoc nostro imperio, quod in lege diuina est, ad Deum Apol.
ducit. Cuius quanto sublimitas ac dignitas maior est, tanto quoque maius periculum.

Hec mihi re vera ars artium, ac scientia scientiarum esse videtur, hominem regere,
animal mirum multiplex, ac maximè varium.

Quemadmodum non eadem medicamenta nec eadem alimenta corporibus omnibus of- simile.

B feruntur, sed alia aliis, habita videlicet vel sanitatis eorum, vel aduersa & valetudinis ratio-
ne: eodem quoque modo animæ diversa ratione disciplinâque curantur. ij porro curationis variis mo-
testes sunt, qui morbis huiuscmodi vexantur. Alios mouet oratio: alij antistitis exemplo dis animæ
componuntur. Alij calcaribus opus habent: alij fræno. Nam qui lentè & segniter ad vir- curanda
tutem mouentur, hi verborum stimulis excitandi sunt: qui vero spiritu, plus quam pars sit, sunt.

incalescunt, ac præcipiti animorum impetu feruntur, velut equulei generosi procul à meta
cursantes, hos utique orationis fræpo coercere, ac velut obstrœto collo retardare præstite-
rit. Alijs laus prodest, aliis reprehensio, modò veroque tempestivè adhuc tur: nam intem-
pestivè & stultè adhibita nocumentum attulerit. Alios cohortatio ad officium ducit, alios
obiurgatio. Atque haec rursus alios si palam arguantur: alios, si remotis arbitris increpen-
tur. Sunt enim, qui nibil carent priuatas castigationes, publica autem reprehensione emen-
detur: sunt rursus, qui liberiùs reprehensi pudorem omnem abstergant, contraque priuatis
castigationibus meliores fiant, ijsque, quos vicem suam dolere perspiciunt, hoc muneris vi-
cissim repandant, ut eorum admonitionibus pareant. Quidam ita studiosè accurateque obser-
vandi sunt, ut ne minima quidem & leuissima eorum errata disimuletur, nimisrum quicquid
quod peccata sua nemini cognita fore putant (quandoquidem id moluntur) prudenter & calli-
ditatique laude sibi insolenter arrogant: contrà in alijs ad nonnulla comisere satius fuerit
(ita ut videntes non videamus, & audientes non audiamus, quemadmodum dici solet) ne
aliоqui ipsi nimium crebris obiurgationib[us] aculeis confixi & obruti, ad desperatione inci-
terur, tandemque projecto pudore, quod ad inflectedos alliciendosque homines mirè efficax
medicamentum est, ad quodvis nefas perpetrandum audacieores reddantur. Quinetiam cu non-
nullis ira agendum est, ut irati hominis & cötimentis, ac de salute eorum desperatis speciem

D preterfas, cum tamen revera nec ipsis irascari, nec cötendas, aut pro perditis ac deplorâ-
tis habeas, quorum videlicet natura id requirit: alij rursus lenitate & humilitate curadi,
coniunctaque animi alacritate & promptitudine ad meliorem spem reuocâdi. Alios vin-
cere, aliis cedere plerumque utilius fuerit. Aliorum item opes & potentiam, aliorum ege-
statem, calamitatēque vel laudare, vel execrari.

Hic demū spiritualis omnis imperij ac prefectura & scopus esse debet, ut qui alius preest,
ubique priuata sua commoda negligat, atque aliorum utilitati consulat.

Filiis parcere, paterna lex est.

Alienis etiam almonia doctrina est.

E Animi tranquillitatem in obiurgando, ac severitatem in laudando adhibere conuenit, ac
neutrū per immoderationem labefactare: verum hoc efficere, ut & paterna obiurgatio
sit, & gravis laudatio: sic nempe, ut nec mollities dissoluta sit, nec acerba & odioſa seve-
ritas, sed altera facilitatis ac lenitatis, altera prudentiae nomen obtineat, & traue autem
cum philosophia coniuncta sit.

Sacerdotes institiam induite. Pascue oves non dispergamus, nec occidamus, pro quibus Psal. 131.
animam suam bonus ille pastor posuit, qui cognoscit suas, & à suis cognoscitur, qui vocat Ioh. 10.
eas nominat, & introducit eas, & educit ab infidelitate ad fidem, & ab hac vita ad
alterius vita & requiem. Metuamus ne, quod Scriptura comminatur, iudicium à nobis inci- 1. Pet. 4.
piat, atque de Domini manu duplicita peccata suscipiamus, ut qui nec ipsis ingrediamur, Esa. 40.
& eos qui ingredi possunt, prohibeamus. Luc. 21.

Oves, pastores vestros ne pascite, nec ultra terminos vestros assurgite. Satis enim vobis

D. IOANN. DAMASCENI

eſt, ſi recte paſcamini. In iudices cenzuram vobis ne arrogate, nec legislatoribus leges im-
1. Cor. 14. ponite. Non enim diſſenſioñis & conſuſionis eſt Deus, ſed pacis.

Nilus. Preceptoris oculus, facita doctriña eſt.

Quantum corpori preſtat animus, tantum quoque iſ, qui animis medetur, eos antecellit;
qui corpora duntaxat curant.

Tantò ſublimius eſt regno ſacerdotium, quanto ſpiritus carne preſtantior.

Fieri noſ poſteſt, ut ſacerdotum vitia obſcura ſint. Verū leuiſima quoque ſtatiu in
apertum proferuntur.

Nec prudentiam etate metiri, nec ſenem à canitiexplorare conuenit: nec rurſus iue-
nem ab eccliaſtico miſterio ſubmouere, ſed neophytum. Inter utrumque porro permul-
tum eſt diſcriminis.

chryſoſt. Plerique ſunt, qui ſimulatque aliquem ab opibus abhorrentem viderint, protinus eum
ad huiusmodi munus obcundum idoneum eſſe cenſeant. At qui fieri poſbit, ut iſ peſilens an-
tiſtes ſit, lupusque, non paſtor.

Nec iuuenem qui ſquam criminetur: nec ſenem laudibus efferat. Nam nec canities vir-
tus eſt, nec iuuentus vitium. Multi etiam in iuuenili etate philoſophia documenta prebue-
runt: multi contra etiā in ſenectute colapsi ſunt. Etenim tres pueri in fornace erant,
Dan. 3. flammā in rorem, & reterunt: & Daniel duodecimo etatis anno ad populum Hebreū con-
cionem habebat, ac leones oues efficiebat: non quod eorū naturam immutaret, ſed quod eorū
garitatem fidei freno co-primeret: & Paulus ſenex & canus erat: quīq; priuſ Eccleſiaſ pre-
donis in ſtar populuſatus fuerat, poſtea fidei palma rapuit, ac proba ouis, & praeco, atq; Apo-
ſtoliſt extitit. Que cum ita ſint, non eſt quod vel iuuenē ſugilles, vel ſenē praedices. Neq; H
enim in etatis diſſerentia virtus & vitium, ſed in mentis ac ſententiæ diſcrimine coſtunt.

Ac proinde nec ſi ſobrius ac prudens fueris, qui cqua tibi detrimeti premaſtura etas afficeret:
neq; ſi ſegniſ & ignauus, qui cqua te ſeneſt iuuabit. ſeneſt enim non in crinū canitie,
ſed in animi virtute ſita eſt. Sic nimirū David adhuc iuuenis maturū virtutis fructū poſ-

I. Reg. 16. ſidebat. Venit porro Samuel ad Iſai, cornu habet, in quo ſanctū oleū erat. Et quid ait? Miſit
me Deus, ut vnu filius tuus regē efficiā. Quo audito, Iſai filiu natu maximū in mediū ad-
ducit, arbitratuſ eū ad huiusmodi dignitatē idoneū eſſe. Aitq; Propheta: Non hunc elegit
Dominus. Adducit itaq; ſecundū: Nec huc. Tertiū: Nec ite hunc. Quartū: quintū. Iā filio-
rū chorū coſumptus erat, nec tamē inueniebatur iſ, qui quarebatur. Dixitq; Samuel: Nul-
lūmne præterea aliū habes? Pudore ſuffuſus eſt pater, atq; ait: Habeo, inquit, vnu paruū ac
vile. Verū regē quariſ: hic autē viliſ eſt opilio. Tu Samuel: Homo vilipeſit: at Deus co-

I. Reg. 16. ronat. No enīm ut videt homo, ſic videt Deus. Homo enim videt in facie: Deus autē in-
tuetur eorū. Num enim obſeruat̄ quārū, ac non potius anime nobilitatem expetimus?

Vis ſcire quanta ſacerdotū potentia eſt? Baptiſtum animo complectere, peccatorum re-
miſſionem, adoptionem, ſexcerā denique bona, que per manuum eorum impoſitionem, ac per
invocationem, quam tua cauſa faciunt, tibi contingunt. At quia negligenter ad ipſos, igna-
uoque ac lauido animo, accedimus, propterea vita noſtra omnis funditus euerſa eſt.

Si Patriarcha Iacob, cum armis præſet, ac pecudes rationis expertes paſceret, ratio-
nēque homini duntaxat reddendam habet, noctes tamen in ſomnes tranſibat, & ſi uſque
& algores, atque omnes coeli iniurias ferebat, ut ne quid ſibi ex illis periret: quād magis
nos, qui non bruti, ſed ſpiritualibus ouibus præfecti ſumus, nec hominibus, ſed Deo, ratio-
nen referendam habemus, nihil omnino, quod gregi utilitatem afferre queat, defugere ac
rekuſare debemus? verū quod grex hic illo melior eſt, & homines bruti, & Deus homini-
bus, hoc quoque maius acruſque ſtudium ac diligentiam alacritatēque adhibere.

Huiusmodi ſanctorum virorum viſcera ſunt, animique in filios propenſio eſt, ut cum
ipſis mori dulcius exiſtiment, quam ſine ipſis viuere.

*Ignat. e-
pſt. ad
ſmyrn. Facite omnes ut Epifcopum ſequamini, quemadmodum Christus Patrem: preſbytero-*
rum chorū, ut Apoſtolos. Diaconos autem vereamini, non ſecus ac Dei mandatū. Nemo
quicqua eorū, que ad Eccleſia attinet, citra Epifcopi auſthoritate faciat. Ea firma Euchaſtia
eſſe ceſeat, que ab Epifcopis fit. Vbi Epifcopus apparuerit, illic vulgari: queadmodū
vbi eſt Christus, illic etiā catholica ecclēſia eſt. Citra Epifcopū nec baptizare, nec synaxin
facere

A facere licet: sed quod ille probauerit, hoc Deo quoque gratum est. Qui Episcopum honore afficit, is à Deo honoratur. Qui clam Episcopo aliquid facit, hic diaboli cultor est.

Omnes perfer, ut te quoque Christus: omnibus in charitate here. Precibus sine illa in- Epist. ad termisione stude. Pete intelligentia maiorem ea quam habes. Vigila, insomne oculū habe, Polyc.

Omnium mīrōs porta, ut numeris omnibus absolutus athleta. Vbi maior labor, illic quoque vberior quaestus. Probos discipulos si amaueris, nihil gratia tibi habendum erit. Itaque in hoc potius incumbe, ut morum facilitate atque clementia contumaces subiicias. Non omne vulnus eodem emplastro curandum est. Febrium acceſſiones perfusionibus ſeda. Propera carne ſimil & ſpiritu conſtas, ut qua oculis tibi ſubiiciuntur, corrigas: qua au- tem aſpectum tuum fugiunt, petas ut tibi detegantur: quod nihil omnino prætermitas.

B Antifitem oportet vitam ab omni reprehenſionis nota puram ducere, nec rei ullius Deo grata ſtudium prætermittere.

Ante omnia oportet Ecclesia ministrum ab ira alienum effeſce obiurgatione vii, ſed Athana- horatione ac deprecatione.

Tum demum doctori ex animi ſententia ſermo ſuccedit, ac fidem nanciſcit, cum ipſe Didymus vita & moribus docet: iuxta illud, De ijs que coepit Iesu facere & docere. Aſt. I.

Sacerdotem prudentia, & vita, ac morum ingenuitas, efficit. Sermone virtutem doce: Euagr. opere autem eam praedica.

Alexander eminus plebem candidis vſtibus induitam confiſcatus, ſacerdotes autem atque antiſtitites byſiniſi amicos pontificem vero, in hyacintho & aurea ſtola, atque capi-

C te cedarim, aure amque laminam, in qua Dei nomen inſcriptum erat, geſtantem, ſolus acce- des, nomen illud, ac pontificem adorauit. Scifitante autem Parmenione, quid eſſet, quamobrem ipſe, cum ab omnibus adoraretur, Iudaorum tamen pontificem adoraret: Non eum, inquit, ſed Deum, a quo ſacerdotij dignitate ipſe ornatus eſt, adorauit.

De malis Episcopis, ac Dei mandata minime ſeruantibus.

C A P. X X V I.

A C E R D O T E S eorum in gladio ceciderunt.

*Deut. 32.
Mich. 3.*

Aſconderunt ſacerdotes legem Domini. Principes ei- ius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes mercede docebant.

D Nunquid non vestrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum? Sacer- dotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem.

O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius ſuper brachium eius, & ſu- per dextrum oculum eius. Brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebrecens obſcurabitur. Et dixi: Non pafcam vos. Quod moritur, moriatur, & quod ſucciditur, ſuccidatur, & reliqui deuorent vnuſquisque carnem proximi ſui. Ecce ego fuſcitabo pastorem imperitum in terra, qui derelicta non viſitabit, & diſperſum non quarebat, & contritum non ſanabit, & id quod ſtat, non nutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum diſſoluet.

E Prae vino neſcierunt, & praे ebrietate errauerunt. Sacerdos & prophetæ prae- eſt. 28. briete neſcierunt, absorpti ſunt a vino, errauerunt praे ebrietate.

Vae paſtoribus, qui diſpergunt & diſperidunt oues gregis. Propterea haec dicit Ezech. 34. Dominus: Vos diſperſiſti oues meas, & eieciſti eis, & non viſitasti eis. Ecce ego vlcifar omnes malas adiuentiones veſtras. Oues perdiſta facta ſunt po- pulus meus. Qui paſcebat eos, expulerunt eos: in montes errare fecerunt eos.

Sacerdotes eius contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea: inter ſanctuin & prophanum non habuerunt diſtantiam, & inter mundum & pollutum non intellexerunt: & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & auarè ſectanda lucra. Prophetæ autem liniebant eos abſque temperamentio, &c. Hæc 34.

O iiij